

688 CAP. XXIV. DE MISSA

II. p. 411. Nam de igne probatorio in hac vita, quem metaphorice ibi describit Apostolus, ad ignem purgatorium post mortem, quem fingunt Pontificii, N. V. C. Posterior extat 2. *Maccab.* XII, 43. seqq. de quo nos jam *suprà pag. 677.* Breviori, sed & tutiori via incessit Petrus à Soto, qui postquam *in Sacerdot. instruct. lect.* i. de Purgat. minus apertas, minus efficaces esse, et minus probare autoritates Scripturæ, quæ à suis Doctoribus hic afferuntur, in genere monuisset, speciatim de hoc testimonio judicat, dogma de purgatorio certius & evidentius esse, quam sit Libri illius (Maccabæor.) autoritas: nec evidentiora, minus evidenteribus confirmanda. Melior itaq;, Soto judice, Noster etiam, si tacuisset, Theolog⁹ mansisset.

CAP.